Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Maximus episcopus: sermo de psalmo vicessimo primo

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

reſcunt; cuncta etiam que terra producit.
aut in ſemine aut radice multiplicata
redduntur; que autem duritia cordis eſt n̄ crederet
reformari hominē. cum omnia que facta ſ
reparentur; hoc eſt cariſſimi ſymbolum
cuius ſignaculo ſicut in primordio dictum
eſt: fideles ab infidelibus ſecernuntur;
hoc ē ſymbolum cuius ueritas unumquem
q; credentem efficit xp̄ianum; hoc ē ſym
bolum. quod & uiuentes ſc̄ificat. & mortuos
reducit ad uitam; DOM̄C IN PALMAS

SERMO B̄ MAXIMI EPĪ. DE PSAL
MO UICESSIMO PRIMO;

Psalmi uiceſſimi primi qui lectus eſt ſen
ſum decurſum. diligenter prius debemus
intendere. quid in ſuꝑ(in)ſcriptione contine
at. ut cognita eius origine. intellegentiā
ipſius facilius conſequamur. & manifeſ
tato capite poſſint rectius membra dir
rigi. inſcribitur enim ita; in finem
pro ſuſceptione matutina pſalmus
ipſi dd̄; Niſi fallor ſuſceptio matutina ſo
lis ortū rep̄ ante uenit. & prius quā orbem
radiorum clarus ſplendor inluminet & ma
tutinum noctiū tenebris terminū ponit.
aer reſoluta ſenſim caliginum cecitate. reb;
cunctis ſpecies que celē a lumen infunditur;
& cum ueluti ſub una materia tenebrarū.
mundus in confuſione iacuerit. inter
ueniente matutino diuerſe ſpecierū
uarietate diſtinguitur. hoc ē cū omnia

cęca fuerint. oculi omnium reparantur;
Nox enim quodammodo lucem aufert
oculis mundo. aurora reſtituit. atque ita
ante matutina ſuſceptione ꝑfruimur.
ut glorioſius poſtmodum ſolis ſplendore
potiamur; ſed quoniam ſicut dicit apoſtolus.
lex ſpiritalis eſt. & ſpiritalibus ſpiritalia
comparanda erunt ſolem hic iuſtitię arbitror
deſignari. hoc ē xp̄m dn̄m qui nobis igno
rantię tenebris & peccatorū caecitate
ſubmerſis celeſtis doctrine ſuae lum in
fundit; & quos non habeamus oculos
cordis inſeruit. & uelut radios quosdam.
apoſtolos ſuos miſit. qui nos de nocte tet
rima delinquentię liberarent. & paula
tim reſolutis in nobis tenebris peccatorū.
matutinos ſuſceptione conſueſcerent.
ut ꝑfecti facilius poſſimus tolerare ſolis
ardorem; hoc eſt primū uos preceptis
ſimplicioribꝫ erudirent. quo capatiores
efficerent caeleſtiū ſecretorum; hu
ius itaq; ſolis iuſtitię matutino. pecca
torum caligo tota ꝑimitur. ſicut ipſe
ꝓph&a ait & ꝑſona dn̄i; in matutinis interfici
ebam omnes peccatores terre; hoc eſt ori
ente nobis ſole iuſtitię. qui habitaculū
dn̄i ſumus. omnis cogitatio iniqua ſub
uertitur; totus autē hic pſalmus digeſtus
eſt ex ꝑſona dn̄i ſaluatoris; quippe cū plura
de eo in nouo ſint poſita teſtamento; dicit
itaque; ds̄ ds̄ meus reſpice in me. & ſetiq;

quare ad descripti hominis agit causam. ut interrogare quodammodo uideatur dicens. domine deus meus. cur me dereliquisti.
nihil enim mihi conscius sum; secundum propheticae enim nesciebat peccatum nec erat dolus in ore eius; hec audiat. ut manifestaret propter nos se esse derelictum quorum peccata portabat. ac uidenter diceremus.
et nos pro ipso reo et iusto mori. cum pro peccato ille mortuus fuerit; denique hac uoce in passione usus est. sicut in euangelio legimus. heli heli. lema sabathani. hoc est deus meus. deus meus. quare me dereliquisti;
hac inquam uoce usus est. ut quod prophetia adnuntiauerat rei gestis ad probaret;
II Et quoniam sequentia paene manifesta sunt. illum inspiciamus uersiculum. in quo ait; ego autem sum uermis. et non homo; cur totius dominus creaturae. uermiculo se uoluerit comparari; possumus hoc quidem humilitati primitus ad signare. quae sanctorum uirtus est maxima; Sicut sanctus moyses ante deum. animal se inrationabile profitetur; dauid pulicem se saepe commemorat; sed me cogit illud accipiendum puto. quoniam uermis nulla extrinsecus admixtione alieni corporis. sed de sola et pura terra procreatur.
Ideo illum comparatum domino. quem et ipse saluator de sola et pura maria generatur; Legimus et autem in libris moysi de manna uermiculos procreatos;
digni plene et iusta comparatio; si quidem de manna uermiculus gignitur. et dominus christus de uirgine procreatur; quam potius ipsam mariam mannam dixerim. qui a est subtilis splendida suauis. et uirgo; quae uelud caelitus ueniens cunctis ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit; quem qui edere ac manducare neglexerit. uitam in semet ipso habere non poterit. sicut ipse dominus ait; nisi quis manducauerit meam carnem et biberit meum sanguinem. non habebit uitam in semet ipso. sed potius ipse cibus in iudicium conuertetur. sicut apostolus dicit; qui manducat et bibit indigne; quod filius israhel subtiliter prophetatum est in ueteri testamento; manna enim illis contradicentibus praecepta tractantibus uermes effecti sunt. id est contumaciae ultores
ulceris et iudices; quae similitudo christum indicat dominum. quem qui suauem cibum et dulcem potum haurire neglexerit. iudicem patietur. sicut ipse ait; Neque enim pater iudicat quemquam. sed omne iudicium dedit filio;
III quod autem dicit. diuiserunt sibi uestimenta mea. et super uestem meam miserunt sortem. hoc factum in euangelio repperimus. quod milites quod milites quattuor. qui crucifixerunt saluatorem.

in quattuor partes eius sibi diuiserunt
uestimenta; Uestimentum uero eius
quod consutum non erat. sederat desupe
riore contextum sorte peiperent; que
igitur iste uestimenta sunt uideamus.
qui militer quod uae etiam uestimentum;
uestimenta esse puto prophetica uel scrip
turarum caelestium lectiones. quibus
xpi dni adnuntiatum est sacramentum.
quas prophetae unum canentes et unum
per omnia nuntiantes. aduersarii salua
toris. hoc est pueri heretici. qui cottidie
in illo tamquam milites manus impias
ingerunt. hoc pro sua sibi diuidunt uolunta
te. et unius corporis uestimenta. per uaria
menbra distribuunt. atque spoliantes dominum.
sua falsae dogmata uestierunt; uestimen
tum autem eius quod non erat consutum.
sapientiam eius caelestem possumus
adplicare. quae erat desuperiori contex
tum; nostra enim sapientia. hoc est hu
mana consuitur; adsunt enim cum libros
damus ad studia grammaticis. tradimur
philosophis. erudimur ut sapientia
in illis quae non erat adquiratur. domini
autem sapientia non consuta est. non quae
sita; non enim didicit a magistro. sicut
ipsi iudei dicunt; quomodo hic litte
ras nouit cum non didicerit; et ipse dicit
mundo
cat. mea doctrina non est de hoc sed
eius qui me misit. hoc est quod ait.

desuperiore contextum; quo uestimento 74R
uel quibus omnibus uestimentis eccle
sia catholica semper amicta est. sicut pro
pheta ait; Adstetit regina a dextris
tuis in uestitu deaurato; ITEM IN DE
SUPRA LECT SCI EUANG SECD MATHEU;

In illo tempore: cum adpropinquasset hie
rusolymis et uenisset bethfage ad mon
tem oliueti. tunc ihs misit duos discipu
los dicens eis; Ite in castellum quod contra
uos est et statim inuenietis asinam al
ligatam et pullum cum ea. et reliqua;

OMELIA DE EADEM LECTIONE UENE
RABILIS BEDE PRESBITERI;

Mediator dei et hominum homo xps ihs.
qui pro humani generis salute passurus
de caelo descenderat ad terras. adpropin
quante hora passionis. ut etiam per hoc
clarescerit. quia non inuitus sed sponte
pateretur. in asino uenire et a turbis
rex appellari ac laudari uoluit. ut etiam
per hoc eruditus quisque cognosceret.
ipsum esse xpm quem sic illo uenturum
prophetia olim praemissa signauerat.
Ante quinque dies paschae uenire uoluit.
sicut et iohannis euan
gelio didicimus. ut etiam per hoc
ostenderet se esse agnum imma
culatum. qui peccata tolleret
mundi; Agnus quippe paschalis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg